



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 111. Aatholicorum Scriptorum mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

## §. CXI.

Sæc. XVII.

A. C. 1627.

*A catholicorum Scriptorum decessus.*

Ex Protestantibus hoc item anno nonnulli Scriptores calamum cum vita posuere & quidem. I. Fridericus Balduinus Dresdensis, qui commentarios in Aggæum, Malachiam, Psalmos pœnitentiales, & Epistolas Divi Pauli edidit. Exstat quoque illius tractatus de Antichristo, & disputatione Lutheri cum diabolo, necnon defensio Confessionis Augustanæ præter alia opuscula: II. Balthasar Menzerus patria Hassus, qui non modo Calvinistas acriter insectatus est, sed etiam non sine supercilio Collegas suos contempsit, eodemque arrogantiae studio contentionem Giesensium cum Tubinganis promovit. Scripsit exegesis Augustanæ Confessionis, necnon illius collationem cum doctrina Calvinii, item hujus collationis defensionem. Plura etiam mordaci admodum stylo scripsit contra Joannem Crocium, Sadaelem, Martinium, Steinium, Tubingenses & alios. III. Zacharias Sturzius elucubravit tractatus de una Religione, ac de transactione Passaviensi & Pacificatione Religionis Catholicæ & Augustanæ Confessionis præter disputationes Politicas & Historicas. IV.

*Arnoldi Hist. hæret.**Vid. supra lib. 193.**§. 97. p. 313. tom. 57.*

Aa a 5

Abra



Sæc. XVII. Abrahamus Frisius edidit *delineationem*  
 A. C. 1627. *Chronologiæ juxta sacram Scripturam con-*  
formandæ, ejusque apologiam. V. Theo-  
 baldus Zacharias prælo subjecit *Chro-*  
*nologicam Bohemicæ Ecclesiæ adum-*  
*brationem*, dehortationem de veteri-  
 bus Anabaptistis & recentioribus fana-  
 tics, tractatum de festis, & de arcanis  
 naturæ. VI. Balthasar Lydius, qui  
 duos tomos de conservatione veræ Ec-  
 clesiæ ex confessionibus Taboritarum,  
 & Bohemorum demonstrata edidit præ-  
 ter faculam Historiæ Waldensium, &  
 navigationes primas in Americam.

## §. CXII.

*Bulla Cœnæ ab Urbano VIII. inno-*  
*vata atque extensa.*

*Bull. Urban.* Die prima Aprilis Urbanus VIII. Bul-  
*VIII. Const.* lam, quæ in anniversaria Domini-  
 63. cæ Cœnæ die promulgari consueve-  
*¶ Enfant hist.* rat (\*), rursus confirmavit, ac pro tem-  
*Conc. Pis.* porum conditione in prioribus ejusmodi  
 tom. 2. Bullis aliqua immutavit. Jam enim  
*Aymon Sy-* Bullis aliqua immutavit. Jam enim  
*nod. Nation.* Bullis aliqua immutavit. Jam enim  
 tom. 1. p. 10. sæculo decimo quinto Urbanus V. Pau-  
 lus  
 & 113.

(\*) Sat probabile est, quod Gregorius XII.  
 hunc morem primus invexerit, qui ejusmodi  
 Bullam die decima-tertia Aprilis seu feria quinq-  
 ta S. Hebdomadæ promulgari jussit.